1 Multiplicetur $x-2 \propto 0$ & $x-3 \propto 0$ habebitur $xx-5x+6 \propto 0$ quæ æquatio ē in quā quantitas x valet 2 & præterea etiā 3. Quod si supponatur x designare quoque defectū alicujus quantitatis, ut si supponatur $x \propto -5$ ita ut habeatur $x+5 \propto 0$ hæc multiplicata per $xx-5x+6 \propto 0$ producet $x^3-9xx+26x-24 \propto 0$ quæ ē alia æquatio in quā x habens 3 dimensiones 3 quoque habet valores 2. 3. & 4 & quidē 2 & 3 veræ erunt radices 4 autem falsa; si deniq $x \propto$ supponamus 4 sive $x-4 \propto 0$ habebitur eadem ratione multiplicando $x-4$ per $x^3-9xx+26x-24 \propto 0$, $x^4-4x^3-19xx+106x-120 \propto 0$ in quā x 4tuor habet dimensiones ac totidem valores 2, 3, 4 & 5 atq sic porro.

2 Tot in quālibet æquatione veras haberi radices quot reperiuntur variationes signorū + & − et tot falsas quot vicibus ibidem deprehenduntur duo signa + vel − quæ se invicē sequuntur. Sic in ultima quia post $+x^4$ habetur $-4x^3$ quæ ē una variatio signi + in − & post $-4x^3$ habetur $-19xx$ quæ sunt duo signa similia & post $-19xx$ habetur $+106x$ & post $+106x$ habetur -120 quæ sunt adhuc duæ aliæ variationes; cognoscitur quod illa 3 admittat veras radices & unā falsam.

3 Ut quoq in æquatione termino vel pluribus deficiente verarū ut & falsarū numerū definire valeas sequentia intuere exempla quorū x sit si habeatur $z^3 \propto * -pz+9$ scribo $z^3\ 0zz +pz-9 \propto 0$ Deindè supponendo $0zz$ primò ēē signo + adfectū invenio propter terminos $+z^3$ & $+0zz$ similiter propter $+0zz$ & $+pz$ has duas radices falsas ēē ac deniq prop: term: $+pz-9$ ponendā ēē unā veram radicē; Postmodū supponendo $0zz$ secundo signo − adfici erunt propter terminos $+z^3-0zz$ & $-0zz+pz$ deniq $+pz-9$ diversis signis notatos 3 veræ radices; Quas ut & priores inventas sic designo ~~3 radices~~ inter sese conferendo deprehendo duas tantū ēē consentientes easq veras reliquas autem quacunq ratione collatas nequaquā consonare, hinc concludo æquationē propositā explicabilem tantū ēē de unica radice vera & reliquas duas ē nihil imaginarias existere.

$$\begin{array}{cc} x & z \\ f & v \\ f & v \\ v - & v \end{array}$$

Eodem modo si habeatur $z^3 \propto * -pz-9$ sive $z^3\ 0zz+pz+9 \propto 0$ invenio ē priori suppositione 3 falsas radices ē posteriori duas veras & unam falsam; Quibus inter se collatis ut consentientes

$$\begin{array}{cc} f & z \\ f & v \\ f & v \\ f - & f \end{array}$$